BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Seite 303v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ADTYMO

intenderent fabulis et genealogis
interminatis que questiones prestat
magis quam edificationem dei que est
in fide. Finis autem precepti est caritas
de corde puro et conscientia bona et fide
non ficta. a quibus quidam aberrantes
conuersi sunt in uaniloquium uolentes
esse legis doctores non intelligentes ne
que loquuntur ne que quibus affirmant
Scimus autem quia bona est lex si quis
ea legitime utatur scientes hoc quia
iusto non est lex posita sed iniustis et
non subditis impis et peccatoribus scelera
tis et contaminatis patricidis et matri
cidis homicidis fornicatoris masculo
rum concubitoribus plagiariis men
dacibus et periuris et si quid aliud sane
doctrine uersatur que est secundum
euangelium glie dei beati quod credi
tum est mihi. Gratias ago deo qui
me confortauit in christo iesu domi
no nostro quia fidelem me existimau
it ponens in ministerio qui prius fui bla
sphemus et persecutor et contumeliosus
sed misericordiam dei consecutus sum
quia ignorans feci in incredulitate.
Superhabundauit autem gratia domini
nostri iesu cristi cum fide et dilectione
que est in cristo iesu. Fidelis sermo
et omni acceptione dignus quia xpt
iesus uenit in hunc mundum peca
tores saluos facere quorum primus
ego sum. sed ideo etiam misericordiam
consecutus sum. ut in me primum
ostenderet cristus iesus omnem pa
cienciam. ad informacionem eorum qui
credituri sunt illi in uitam eternam
Regi autem seculorum immortali inui
sibili soli deo. ipsi honor et gloria in secula
seculorum. amen. Hoc preceptum com
mendo tibi fili timothee secundum precedentes
in te prophetias ut milites in illis
bonam militiam habens fidem et bonam
conscienciam. quam quidem repellen
tes circa fidem naufragauerunt. ex quibus
est himeneus et alexander quos tradidi
sathane. ut discant non blasphemare.

Obsecro igitur II
primum omnium fieri obsecra
ones. orationes. postulaciones gra
ciarum actiones. pro omnibus homi
nibus. pro regibus. principibus et om
nibus qui in sublimitatibus sunt con
stituti. ut quietam et tranquillam uitam
agamus in omni pietate et castitate
Hoc enim bonum est et acceptum coram
saluatore nostro deo. qui omnes homines
uult saluos fieri et agnicionem ueritatis
uenire. Unus enim deus et unus media
tor dei et hominum. homo qui est xpus
iesus qui dedit semet ipsum redemptionem
omnium testimonium temporibus suis con
firmatum est. in quo positus sum ego
predicator et apostolus. Veritatem enim in xpo
dico non mentior. doctor gentium in fide
et uitate. Volo ergo uiros orare in omni
loco. leuantes puras manus sine ira
et disceptacione. Similiter autem et
mulieres in habitu ornato cum uerecun
dia et sobrietate ornantes se non intex
tis crinibus aut auro aut margari
tis. uel preciosis ueste. sed quod decet
mulieres promittentes pietatem et
castitatem per bona opa. Mulier in silentio